


Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

MSS. CODICES
HEBRAICI
BIBLIOTH. I. B. DE-ROSSI

ACCURATE DESCRIPTI

E T

ILLUSTRATI.

....>—○—<....

Cod. 347

1.^o JOH. DAMASCENI BEN MESVE *Antidotarium hebr. versum.*

2.^o ARMENGAB BALDI de Monte pessulano *Opusc. medicum hebr. translatum ab Astodi fil. r. Mosis Parchì.*

3.^o AUBEBECHER ALRASI *Tractatus de venae sectione hebr. versus.*

4.^o CHONAIN fil. Isaaci *Comp. regularum XIV librorum Galeni de compositione simplicium.*

5.^o ALRASI *De accidentibus homines avertentibus a medicis doctissimis, et de eorum fama tuenda.*

6.^o Ej. *Excerptum ex libro Almansor de probatione medici heb. vers. a r. Scem Tov*

fil. Isaaci, chart. rabb. 4.^o sec. XIV, vel in. XV.

Mesve Antidotarium extat etiam in Leidensi inter codices Warnerianos, sed mutillum, teste Wolfio t. III p. 351, item in Bodleiana sub mendoso olim nomine et titulo Johannis Manse, quod recte jam restitutum est in novo Uri Catalogo p. 81 ad cod. 422. Ex tribus autem auctoribus hujus nominis, Damasceno nostrum hoc opus esse tribuendum luculenter nostri codicis docet epigraphe: » Ab solitusque est liber hic Joh. Damasceni ben Mesve, qui dicitur Antidotarium. Laus sit Deo ». Magistri Baldi de Monte pessulano, vulgo Mon-

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

4

MSS. CODICES HEBR.

pellier, ejus operis, ejus interpres indicia nulla extant apud Wolfium, quamquam singula ea nomina ex praefixa Astodi praef. manifestissime constant, qui et testatur se Barcinone hunc libellum vertisse. Omittit etiam Wolfius seq. Alrasii tractatum, nisi is sub generali titulo tractatus medicinae continetur, vel medicorum opusculorum, quae sub n. 11 notat in Vindobonensi servari. Quod et de altero Alrasii opusculo dicendum est sub n.º 5 infra relato. De Chonain fil. Isaaci monet quidem Wolfius quaedam Galeni scripta arabice eum transtulisse, inter quae et priores tractatus de compositione simplicium, producta t. I p. 275 auctoritate Nicolai Antonii, qui testatur in *Bibl. hisp. veteri* eos in Escorialensi latere. Sed nostrum hoc compendium non memorat. De hoc auctore ejusque scriptis vide *Biblioth. arab. philos.* apud Casirium *Bibl. arab. hisp.* t. I p. 286. Qui priora duo Alrasii opuscula verterit, ignoratur, quamquam verisimile valde sit ea a Nathane Hammathaeo fuisse translata. At vero Almansor, Alrasii opus sic inscriptum, hebr. transstulit r. Scem Tov ben Isaac, adeoque ex ejus versione est excerptum, quod codici finem imponit. Atque hic plu-

res iique insignes Wolfii errores redarguendi, qui binos auctores confudit inter se diversissimos et aetate longe remotos, ex duobus unum fecit, ac singula prioris scripta per summam oscitantiam constantissime posteriori assignavit. Medicum Almansoris librum ex arabico heb. translatum a r. Scem Tov fil. Isaaci cognominati יִשְׂעָיָהוּ extare in Vaticana inter codices Urbinate, et in hoc codice absolutam dici versionem an. 5024, Ch. 1264, Wolfius ipse post Bartolocciū ac Sabtaeum animadverterat vol. I p. 187 et 188. Conf. etiam Assemani *Catal.* t. I p. 348 et 437, et Rodriguez de Castro *Bibl. hisp. rabb.* p. 231, qui integrum afferunt codicis epigraphem. Quomodo ergo versionem hanc Wolfius in vol. ipso p. 1127 et in reliquis r. Scem Tov fil. Isaaci ben Sciphrut, vel Sprot, tribuere potuit, qui, conscientibus judaeorum chronologis, floruit anno 1374? Quod si in dubium quis Zacuti, Ganzii, ac Sabtaei fidem vocare velit, qui id tradunt, novum habet illudque indubium argumentum in celebri ejus opere antichristiano *Even bochen* et in Medicei codicis epigraphem, quae fert ab auctore ipso exaratum anno 1385. Haec enim de auctoris ac libri composi-

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

5

tione intelligenda est, non de sola descriptione facta a fictitio quodam Obadia Amathia, ut male interpretatus est Wolfius t. I p. 1126. Vide quae infra dicemus ad cod. 760. Ac quamquam Wolfius ex Bartoloccio proferat in notis ad p. 1127 epigraphem codicis collegii Romani neophytorum, quae prodit compositum librum an. 1240, ex mentione tamen Nicolai de Lyra, quam testatur Bartoloccius in hoc libro fieri, concludit priorem illum iudaeorum calculum recte se habere, suspectam merito habens ac mendosam eam epigraphem, cui et Medicea aperite opponitur. Quod si aetatis discrimen patet, patet et patriae. Etenim alter Tudelensis erat, alter vero, ut videbimus, Dertosanus, nec Sciphruti nomen in ullo auctoris nostri opere comparat.

Itaque Almansoris versio non Scem Tov filio Isaaci fil. Sciphruti tribuenda est, Tudelensi scriptori sec. XIV, sed Scem Tov fil. Isaaci, Dertosano ac sec. XIII. Huic eidem auctori, non filio Sciphruti, ut facit Wolfius, tribuenda est versio comm. in Aristotelis lib. de anima, qui perpetram a Wolfio creditur Averrois, extatque in variis bibliothecis et in cod. nostro 538. Huic eidem, non Sciphruti filio, heb. versio ope-

ris medici Alzarabi, quae extat in Bodleiana, cuius interpres, teste Wolfio t. IV pag. 788 et 998, vocatur דרטוסאנוס, unde corrigenda mendosa Vaticani lectio וְעִירָנוּ, si ea quidem ex scribae oscitania est, non eorum qui codicem decerpserunt. Eidem tandem, si credimus Rodriguez de Castro cit. l., non Sciphruto, referendum *Pardes rimonim*, quem codex huj. operis Escorialensis, anonymous is quidem, sed qui argumento cum edito congruit, annum ferat in epigr. 5027, Ch. 1267, idest Almansoris opere triennio posteriore. Vaticani sane codicis epigraphae, quae et doctos *Catalogi* auctores coegerit antiquiori ac diverso scriptori Almansoris interpretationem tribuere, dubitationem aliquam Wolfio debebat afferre, qui reapse t. II p. 1137 scribit parum abesse quin credat auctorem Even bochen ab aliorum operum interprete esse distinctum. Verum sibi parum constans, sive ut melius dicam, in solo errore constans, non modo in ipso eodem vol. ac loco, in quo dubitanter loquitur, notat ac putat verisimile esse fil. Sciphruti adeoque ejus aetatem ad aetatem cod. Vaticani esse amandandam, sed in IV ac postremo huic scriptori cuncta ea opera rursus assignata,

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

6

MSS. CODICES HEBR.

ut in prioribus fecerat. Nota pro Sciphrut melius Sprot appellandum esse nostr. auctorem, ut appellavimus in *Bibl. nostra jud. scriptorum* t. II p. 137, ubi de eo ejusque operibus egimus.

Cod. 348

AGADA' paschatis cum var. *Psalmis*, membr. germ. 16. sec. XIV vel init. XV.

Cod. 349

JOB, membr. germ. in 4.^o 2 col. sub fin. seculi XI vel initium XII.

Remotae antiquitatis codex, imparibus lineis distributus, et inter melioris notae codices celebrandus. Primum vocabulum maj litteris constat, nulla masora conspicitur, et unicum kerî ex manu ejus qui puncta addidit. Explicit cap. XXXIX 24, et unicus est Job XXXIV 18, XXXVI 16, XXXVII 22, et XXXVIII 5, rarissimus cap. VI 10, XVII 10, XXXV 14.

Cod. 350

PSALTERIUM cum *utraque masora*, membr. germ. in 4.^o in. seculi XIII.

Antiquus et pretiosus codex, qui habet primum folium recenti manu supplementum, et psalmos alternis lineis distributos, ad calcem vero hanc subscriptionem: »Ego Eliezer fil. R. Isaiae

punctis et masora ornavi hoc Psalt. ad usum R. Isaaci fil. Baruchi ». Unicus est Psal. XVIII 32, XLIV 24, L 22, LXII 8, LXXVII 54, rar. Psal. XXII 24, CXIX 119, CXL 5.

Cod. 351

1.^o R. JACOB FIL. DAVID filii Jom Tov *Ratio conficiendi calendarii et inveniendi lunationes*.

2.^o Ejusd. *Tabulae astronomicae*, membr. rabbin. in 4.^o an. 1395.

Utrumque opus extat etiam in cod. 101. Nigris rubrisque litteris utrumque descriptum Bononiae a Menachem fil. R. Mosis anno 155 sexti millenarii, ut ad primi calcem legitur.

Cod. 352

ORDO ET RITUS SPONSORUM, ac rythmi sacri diei sabbathi ac circumcisionis, membr. in 12. sec. XIII.

Cod. 353

PIRKÈ AVOTH seu *Capitula patrum* cum *Comm.* Maimonidis, *additamento Jarchi* et *Perek R. Meir*, membr. rabb. 4.^o min. sec. XV.

Extat ad calcem nota venditi alterius libri, seu Pent., Fabriani an. 229, Ch. 1469.

Cod. 354

1.^o JOH. INGLESII *Liber de inspectione urinae* *juxta sen-*

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

7

tentias Petri de Bereniko, Constantini Damasceni, et Jul. Salernitani hebr. versus.

2.^o Ej. *Ordo medicaminum simplicium et compositorum.*

3.^o R. MOSIS MAIMONIDIS *Tractatus de hemorrhoidibus.*

4.^o *Compendium libri Pirke mosce*, seu *Aphorismorum Maimonidis.*

5.^o DOEGI EDOMAEI *Comp. medicinae*, memb. et chart. rabb. 4.^o sec. XIV.

Dignus est titulus primi opusculi, qui integer exscribatur: » Liber de inspectiōnibus urinae juxta sententiā magistrorum Petri de Bereniko, Constantini Damasceni, et Julii Salernitani ex mandato imperatoris Frederici anni 1212 nativitatis mense februario compositus et correctus per mag. Philipum Tripolitanum, et magistrum Gherardum Cremonensem ex mandato regis hispani, versus autem in lingua nostram a magistro Joh. Inglesio medico Romano ». Constantinus ille Damascenus est procul dubio Constantinus Africanus, cuius extat in Vindobonensi libellus de urinis ex arabico r. Isaaci Israelite hebraice translatus. V. Wolf. T. I p. 1002 et 666. At vero de nostro hoc compendio, de ceteris auctoribus, unde compilatum est, de Joh. Inglesio, iudeo ac medico Romano ejus interprete, pro-

funde silet Wolfius. Qui sequitur anonymus ordo medicaminum ex variis et ipse auctoribus, sed potissimum ex eodem Inglesio, desumptus est, multisque scholiis circumscriptus. Ineditus et ignotus est Maimonidis tractatus de hemorrhoidibus, hebr. inscriptus פָּרָשָׁת הַמְּרֹאָבָרִים. Is in primis ipsis verbis Maimonidi tribuitur: »Dicit Moses filius Abdalla israelita Gordubensis», et in septem sectiones dividitur. In marg. exhibet varias lectiones aliorum exemplarium. Integri Maimonidis Aphorismi libris xxv contenti in Leidensi reperiuntur, eosque in ejus bibl. Catal. p. 304 recenseri monet Wolf. T. I p. 863, qui tamen perperam credit idem opus esse cum comm. in Aphorismos Hippocratis. Eorum compendium ac summam noster hic codex suppeditat, Wolfio ignotam. Postremum opus auctoris nomen aperte et ipsum in fronte gerit, *Dicit Doeg idumaeus*, vel edomaeus, ostenditque se in praemissa praefatiuncula iudeum esse, testans se in gratiam reliqui populi sancti lingua sancta suscipere medicorum librorum, quos is non intelligit, compendium. Constat capitulis 106, dimidiumque codicem occupat, nullaque ejus in bibliographis vestigia.

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

8

MSS. CODICES HEBR.

Cod. 355

1.^o R. SAMUEL BEN AL-MOSNINO *Commentarius in Rasci super Pentateuchum.*2.^o ANONYMI *Commentarius in Rasci super Pentateuchum.*3.^o ANON. tertius *Comm. in eundem Rasci*, chart. rabb. 4.^o an. 1508.

Almosnini commentarius extat etiam in Vaticana, teste Bartoloccio, et in Bodleiana, teste novo Uri Catal. p. 25 ad cod. 139, editusque est CPoli, una cum tribus aliis commentariis in Rascium, Jacobi Kanisal, Mosis Albeldae, Aaronis abu Aldari. Hinc non inanis conjectura oritur binos qui sequuntur anonymos nostri codicis, esse posse eorum auctorum, qui in editione connectuntur. Ad calcem primi: » Ego minimus Eliezer fil. r. Chananiae scripsi hunc librum comm. in Rasci ad usum mei ipsius, absolviique hodie die II mensis scabat an. 5268 a creatione universi ». Secundus dicitur finitus ab eodem scriba die XVIII mens. sivan ej. anni.

Cod. 356

R. ABR. ABEN EZRAE *Comm. in Pentateuchum*, chart. rabb. 4.^o an. 1367.

Ad calcem: » Ego Aaron fil. Menachem scripsi et ab-

solvii hunc comm. legis, quem composuit sapiens cl. r. Abr. ben Ezra fel. m. feria IV die XIII mensis ellul an. 127 aerae receptae. Descripsi autem illum in gratiam Nissim fil. Sal. de Ancona ».

Cod. 357

R. NISSIM GERUNDENSIS *Quaesita et responsa*, chart. rabb. 4.^o min. an. 1342.

Complectitur codex quae-sita LXXVII, ad quorum cal-cem legitur: » Finitum por-ro est omne opus mense IV die XVIII mensis an. nomen נִסְמָן 'n Domini Dei nostri commemorabimus » seu 5102.

Cod. 358

R. DAV. KIMCHI *Commentarius in Jeremiam*, chart. rabb. fol. sec. xv.

Cod. 359

R. ISAACI ABRABANELIS סַנְגָּרִי אֶתְרֵד זֶקְנִים Atèred zekenim, Corona senum, chart. rabb. 4.^o sec. xv.

Cod. 360

R. JACOB BEN ASCER Even ahezer, et chōscen mispāt, seu II et IV ordo Arba tu-rim, membr. rabbin. in 4.^o an. 1474.

Ad calcem: » Ego Eliezer fil. Davidis levitae Adelkint scripsi hos ordines pro r. Isaac fil. Meir levita... anno 234 die XXV mensis nissan ».

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE - ROSSIANAE.

9

Cod. 361

R. PERETZ FIL. ISAACI
 מַהְרֵךְ אַהֲרֹן מִהְרָאֵד Mahareched ahe-
 laud, *Ordinatio divinitatis*
cum Comm. Minchād jehudā
 R. Jehudae Chijat, chart. 4.^o
 maj. sec. xv vel in. xvi.

Textus charactere semi-
 quadrato, commentarius rab-
 binico, uterque editus. Vide
 Wolfium sub n.^o 1856 r. I p.
 995 et 111 p. 995. A nonnul-
 lis librum r. Azarieli Saghi
 naor tribui jam pridem a no-
 bis observatum est *De typogr.*
heb. Ferrar. p. 44, de Ferrar-
 iensi ejus editione agentibus
 anni 1558. Extant etiam co-
 dices mss. qui eum rabbinum
 ut auctorem in fronte pro-
 dunt, ut Vatic. 211, ex cu-
 jus sola, ut opinor, auctoritate
 factum est, ut bini seq.
 Vaticani 215, 216, huic ei-
 dem auctori ab Assemanis
 vindicentur. At vero pluri-
 que scriptores sive hebraei,
 sive christiani, eum tribuunt
 r. Peretz fil. Isaaci Gerun-
 densi, ejusque nomen in ti-
 tulo gerit codex alter Vatic.
 265, teste *Catal.* p. 228. Bi-
 ni etiam Oppenheimeriani in
 edito *Catalogo* fol. 13 ejus-
 dem esse dicuntur. Alii co-
 dices anonymi sunt, ut no-
 stri tres, quos, communio-
 rem opinionem sequentes, ad
 posteriorem auctorem referi-
 mus. Memb. et antiquius ope-
 ris apographum sistit 1163.

Cod. 362

1.^o AVERROIS *Expositio li-*
bri Aristotelis topicorum ex
 hebr. versione r. Kalonymi
 fil. Meir.

2.^o Ejusd. *Expositio libri*
sophisticorum Aristotelis ex
 eadem versione Kalonymi.

3.^o Ej. *Expositio libri rhe-*
toricorum Aristotelis hebr.
 versa a r. Todros Todros.

4.^o Ej. *Expositio vel Comp.*
libri Aristotelis de musica ex
 versione ej. Todrosii, memb.
 chart. rabb. 4.^o sec. xv.

Notandae interpretum epi-
 graphae. Ad calc. I libri haec
 legitur: » Absoluta est expo-
 sitio eorum quae pertractan-
 tur in libro topicorum Ari-
 stotelis, quam ex arabico in
 hebr. convertit ill. r. Kalo-
 nymus fil. r. Meir. Finita est
 autem ejus translatio, die ix
 mensis ellul an. 73 min. supp.
 ab orbe condito » Chr. 1313.
 Ad calc. II libri: » Explicit
 expositio libri sophisticorum
 Aristotelis, quam transtulit
 r. Kalonymus fel. m. Com-
 pleta est autem ejus versio
 die v mensis tisri an. 74 min.
 supp. » Chr. 1313. Ad calc.
 III seu rhetoricorum: » Ab-
 solvitque expositionem hujus
 libri Aristotelis judex Abul
 valid ben Rascah mense III
 an. 570 aerae ismaelitarum;
 ego vero absolvit translatio-
 nem illius ex lingua arabica
 in hebr., Todros ex semine

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

10

MSS. CODICES HEBR.

judaeorum mense tertio anni 77 sexti millenarii aerae israeliticae » Chr. 1316. Ad calc. xv libri: » Hicque explicit liber musicae Aristotelis, simulque cum eo ars logicae universa. Contigit autem finis versionis hujus meae Todrosii Todrosii mense tertio an. 97 sexti millenarii (Chr. 1336), hocque in vico Trenkateles loco habitacionis meae sito super flum. Rhodani, quod eum dividit et Arelatem civitatem nativitatis meae ». Ex hisce epigraphis multa in Wolfio supplenda, quaedam etiam emendanda. Sane interpres ille Clemens fil. Clementis fil. R. Meir, qui t. iv p. 791 ab eo vertisse dicitur topicus cod. Taurinensis, est Kalonymus noster. Quod ex codice alio Taurinensi A v 9 supra a se relato p. 751 Wolfius ipse dignoscere poterat, mendumque emendare, quod in alterius descriptione tum in nomine, tum in anno irreperatur. Ex ejus enim inscriptione, quae plane cum nostra congruit, eruitur versionis annum esse 5073, non 5074, nisi codex cum topicis sophistica contineat posteriori hoc anno, ut supra vidimus, finita. Nec annus ille 5074 respondet, ut creditit Wolfius, anno nostro 1314, quia incidit in diem v mensis tisri, seu in septembrem anni no-

stri adhuc recurrentis 1313. Male etiam posterioris interpretis Todrosii nomen per Theodorum Labbeus et ex eo Wólfius effert t. I p. 18.

Cod. 363

ORDO R. ELIAE seu Excerpta ex Pent. Prophetis et Agiographis, memb. rabbin. in 16. sec. XIV.

Cod. 364

DEUTERONOMIUM et CANTICUM CANTIC., membr. ital. in 12. sec. XIV.

Libri sic seorsim scripti cum masora. Adest sub initium nota antiqui possessoris Eliae fil. Jechiel.

Cod. 365

APHTAROTH, seu Lectio-nes proph. totius anni, memb. hisp. 4.° 2 col. sec. XIV.

Charactere scriptus luculentio et diligentissime, sed ab initio ac fine mutilus.

Cod. 366

R. DAVID KIMCHÌ Com-mentarius in Psalmos, memb. rabbin. in fol. minori sec. XIII.

Etsi antiquus codex, illud tamen habet singulare quod loca christianis injuria ac praesertim quae ad Psal. II adversus nos disputantur, caute praetermittat, contra ac fiat in reliquis. Explicit Psal. cxviii.

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

II

Cod. 367

PSALTERIUM cum *Comm.*
r. David Kimchi, membr.
rabb. 12 maj. sub fin. sec. XIII
vel init. XIV.

Sacer textus rabb. litteris
et ipse exaratus est cum punc-
tis, sed majoribus quam com-
mentarius, qui exteriorem
marg. occupat. Psalmi nume-
rantur 149. Ad calcem: »Ego
Samuel fil. r. Benjamin ven-
didi hoc Psalter. cum comm.
r. Kimchi r. Jacobo fil. El-
chanan de Monticelli die xxv
mensis nissan an. 5118 ab O.
C.», Chr. 1358. Versa vero
pag. quaedam apparent notae
nativitatis et obitus ann. 94,
108, 110, Chr. 1334, 1348,
1350. Rarior sacri textus le-
ctio Ps. v 1 in *Schol. crit.* ad
hunc locum.

Cod. 368

AGIOTRAGHA, seu *Psalmi,*
Job, Prov., Daniel, Esdras,
Nehemias, Paral. cum ultra-
que masora, membr. germ.
4° 2 col. sec. XIII.

Forte sub init. seculi. Prae-
stantioris notae codex, in
quo character vergit ad germ.
retenta in nonnullis litteris
forma intermedia, nullae ini-
tales litterae majores, libri
vero poetici alternis lineis
conscripti. Ad calcem: »Sim-
son filius Nachman puncta
addidit huic libro, absolvit
que eum die III mensis adar

secundi ad usum r. Mosis
Mezae ». Numerat psalmos
153, multasque varias lectio-
nes editae collationi suppe-
ditat, modo unicas, ut *Psal.*
II 16, *Prov.* XI 19, *Job* XXXV
9, II *Paral.* XIX 8, modo fe-
re unicas, ut *Psal.* LV 22, I
Paral. XXII 9, modo vero ra-
riores, et in paucissimis mss.
servatas, ut *Psal.* XXVII 13,
II 8, *Prov.* I 15, *Esd.* II 18,
I *Paral.* VII 37, II *Par.* VIII
9, XXXV 4.

Cod. 369

PPSALMI *JOB PROV.* et v
MEGH. seu Ruth, Cant., Eccle-
Threni, Esther, memb. rabb.
in 4. min. sub fin. sec. XIII.

Sub finem haec leguntur:
»Absolutus est hic liber ope-
ra Josephi filii Sabtaei fil. r.
Sal. f. m. ». Unicus *Prov.* III
18, fere unicus *Psal.* LXXXIV
7 et *Job.* XVII 2.

Cod. 370

1.º **R. OBADIAE SPHORNI**
Commentarius in Psalmos.

2.º *Ejusdem Comm. in Job.*
3.º *Ej. Decisiones et Episto-*

lae, chart. rabb. 4.º sec. XVI.
Uterque commentarius edi-
tus est, ineditae ac Wolfio
ignotae decisiones et episto-
lae, quarum binae datae sunt
ad rabbinos Ferrarienses, tres
ad r. Chananael Sphornum,
una ad Henricum magnum
Galliarum regem, quum ad
eum misit auctor *Comm.*

Cambridge University Press

978-1-108-06009-7 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 2*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

12

MSS. CODICES HEBR.

suum in Ecclesiastem. Qui supplementa parant ad Wolffianam *Bibliothecam*, notent etiam aliud Sphorni nostri opus a Wolfio omitti, videlicet ejus comm. in Pirkè avoth, qui excusus est in Machazor Bononiensi an. 1541, eo adhuc vivente.

Cod. 371

1.º ANONYMI *Comp. libri Chovàd allevavòth* r. Bechai.

2.º R. BECHAI FIL. JOSEPHI *Tochechà, Precatio ad Deum.*

3.º R. SAMUEL ABEN TIBBON *Rùach chén, Spiritus gratiae.*

4.º R. JEHUDEAE CHARIZÌ *Rationes animae et corporis.*

5.º R. SAL. GAVIRÒL *Chéder malcùd, Corona gloriae.*

6.º ALBERTI MAGNI *Diss. de virtutibus vel facultatibus animae* in comp. redacta et hebr. translata a r. Jehuda bar Moscè.

7.º R. JEDAJAE BADRESCI-TAE seu SAL. GAVIRÒL *Mivchar appeninim, Delectus margaritarum.*

8.º ANON. *Jesod ahiràh, Fundamentum timoris.*

9.º R. KALONYMI *Mescared moscè, Minister Mosis.*

10.º R. MOSIS MAIMONIDIS *Epistolae et Quaesita ac responsa, chart. rabb. 4. sec. xv.*

De Chovad allevavòth, celebri opere morali r. Bechai, diximus ad cod. 213. Ignoti auctoris est quod hic sistitur,

eius comp. in x sectiones divisum. Multas is laudes r. Bechai, ejusque libro et interpreti Jeh. Tibbonidi in praef. tribuit. Illae Charizì mayu Rationes vel argumenta de anima et corpore ex sect. xiiij ejus Tachchemoni sunt presumpta. Diss. de facultatibus animae extat etiam in cod. 315, ad quem observatum a nobis est nomine fratris ord. praed. Albertum magnum innui, nec hunc unum tractatum, sed alios multos philos. a Jehuda illo filio Mosis fil. Dan. Romano fuisse in comp. redactos et hebr. translatos. Sectiones libri Mivchar appeninim alphabetico ordine dispositae sunt, et quidem a scriba ipso, ut patet ex verbis communi titulo additis: » ego vero descriptor scripsi illum per sectiones alphabetice dispositas »: Quod idem fit in cod. 1125. Qui statim sequitur, libellus Jesòd aijràh, ineditus non modo is est, sed et ignotus, auctorisque incerti, qui metrice eum composuit, et in totidem saharim, seu sectiones divisit, ab jräh seu timore exorsus, unde liber nomen sortitur, et ad orationem ac religionem, legem ac sapientiam, aliasque virtutes progredivi. Occurrit iterum in cod. 1237. Anonymus est in hoc codice liber Mescared moscè, quem tamen r. Kalonymi discipuli